



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Excurrit Herbipolim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Excurrit Herbipolim.

*Nimum sibi
asser.*

Modestia eius.

mula iussit religionem catholicam profiteri. Ita Canisius & presentibus, & longè positus, nec suorum tantum ævo, sed & posteris consulebat. Per Augustinum Herbipolim quoque excurrit accersitur Episcopi ad Collegium festinantis. Perque eam occasionem ad populum pro concione, quod solebat publicæ utilitatis euentu, egit. Quocumque enim ferretur, non secus ac sacra illa nauis infirmitatis perferebat esurientibus populis, & gratuito diuidebat panem vitæ: adeò quidem se se, humanamque oblitus infirmitatem, vt monendum Lainio fuerit, videret vt rationabile obsequium suum faceret, afflictoque corpori ita moderaretur, vt sacrificium sale condiret. Cui vir germano candore, & antiqua simplicitate, non vt quidam superba modestia magnitudinem infitians, aut eleuans ærumnarum, sed accusationem amplians, clausula illa respondit. De moderandis meis laboribus paternam admonitionem non possum non reuerenter amplecti. Vtinam ego discretionem virtutum Matrem in re vlla tenere possim, qui neque mihi, neque aliis satisfacio sæpe. Sed spero tamē meliora intercedentibus pro sanctis Patrum precibus apud diuinam Maiestatem.

Prin